

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria.
Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyna.||
Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani
ſ̄posta est epi||stola ... || ...**

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De trisyllabis

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](#)

C Pyrrichius , quem alii Dibrachum , alii Argeona appellant ,
duabus constant breuibus , ut pater.

C Spondeus , duabus syllabis longis , tēporib⁹ quatuor , ut musæ

C Iambus , ex breui & longa , ut dies .

C Trochæus , quem quidam Chorem uocant , ex longa & bre-
ui ut musa .

DE TRISYLLABIS.

C Daſtylus trium eſt syllabarum qui prima longa , & duabus cō-
ſtat breuibus , ut ſecula .

C Anapestus , quem quidam Antidaſtylum nuncuparunt , habet
duas breues , & unam longam , ut domino .

C Tribrachus , quem quidam Brachysyllabum , alii Trinocheon
nonnulli Pygmæona , plærig etiam Chorem , tribus cōſtat bre-
uibus , & totidem temporibus , ut dominus .

C Amphibrachus , quem alii Ianum , alii Scolium uocant , ex
breui & longa & breui , ut parentem .

C Amphimachrus , quem alii Fescenninum dixere , alii Creticum
conſtat ex longa , & breui , & longa , ut nomini .

C Bachius , ex breni & duabus longis , ut amori .

C Palimbacchius , ex duabus longis & breui , ut natura .

DE QVADRISYLLABIS.

C Proceleusmaticus ex quatuor breuibus , ut anicula .

Dispondeus ex duobus spondeis . i. ex quatuor lōgis , ut fortunatis

Diambus ex breui , & longa , & breui & longa , ut Apollini .

Ditrochæus , ex longa , breui , longa , breui , ut fulminabit .

Antispastus ex Iambo & Trochæo . i. ex breui & longa , lōga & bre-
ui , ut amabare .

Choriamb⁹ , ex longa , duabus breuibus & longa , ut Dardanidæ

Ionicus maior , ex duabus longis & totidem breuib⁹ , ut labētibus .

Ionic⁹ minor ex duabus breuibus & duabus lōgis ut lachrymabāt .

Paeon primus , ex longa & tribus breuibus , ut nobilior .

Paeon secund⁹ , ex breui & longa , & duabus breuib⁹ , ut Cupidinis

Paeon tertius , ex duabus breuib⁹ , longa & breui , ut labyrinthum .

Paeon quartus , ex tribus breuibus & una longa , ut animitas .